



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 22. Viginti sex articuli hujus Interim.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](#)

**Sæcul. XVI.** quietis, & unionis, prædictum scriptum  
A. C. 1548. pro nunc tolerent, neque illud impugnant,  
 aut contra illud doceant, scribant, aut con-  
 cionentur: sed omnes Status universalis  
 Concilii declarationem, atque determinatio-  
 nem patienter, & obedienter expectent.  
*Nihilominus* Majestas sua omnem diligen-  
 tiam adhibebit, nihilque intentatum relin-  
 quet, quo Concilium Universale juxta Sta-  
 tuum requisitionem quam primum celebre-  
 tur, & Germanica Natio a præsenti Schis-  
 mate, quo tanto jam tempore discissa lu-  
 get, penitus liberetur.

## §. XXII.

*Viginti sex articuli hujus Interim.*

*Dupin. Bibl.* **H**æc formula, seu fidei norma viginti  
*tom 12 p.79.* sex completebatur articulos, quo-  
*Sleid. l. c.* rum primus agebat *de conditione hominis*  
*p. 722.* ante lapsum, in quo hæc proponuntur.

*Deus creavit hominem ad imaginem, &*  
*similitudinem suam, eumque gratia ornavit,*  
*& fecit per originalem iustitiam, ut esset*  
*omnibus cum corporis, tum animi viribus*  
*rectus, nec agitaretur ullis turpibus, & pra-*  
*vis motibus, sed in eo caro spiritui, atque*  
*inferiores animi vires superioribus, que tan-*  
*tum ad bonum hortabantur, parerent: cum*  
*igitur animus hominis tam bene constitutus*  
*esset, reliquit eum Deus in manu consilii*  
*sui, usque eo, ut non minorem haberet vim*  
*ad*

ad eligendum bonum, quam malum. Quod Sæcul. XVI.  
 si hac libertate sua usus fuisset recte, & man- A.C. 1548.  
 datis, quæ ipsi Deus dederat, obedisset, bo-  
 na, quæ acceperat homo, atque justitiam  
 sibi, & omni posteritati suæ conservasset,  
 nihilque ei, ac posteritati ipsius defuisset ad  
 bene, beataque vivendum: non famæ, non  
 sitis, non frigus, non æstus, non dolor, non  
 morbus, non mors eum afflixisset: omne de-  
 nique peccatum, ac vitium vitasset, nec ab  
 illis tanquam peccatorum stipendiis, peri-  
 culum ei ullum, posterisque illius allatum  
 fuisset.

## CAPUT II.

*De conditione hominis lapsi.*

Verum postquam primus parens noster, con-  
 tra quam mandaverat Deus, fecit: in-  
 cedit in pœnam a Deo propositam, & justi-  
 tie Originalis donum pulcherrimum amisit:  
 hinc carentia justitiae hujus, una cum vi-  
 tioso concupiscentiæ habitu, quæ spiritui, &  
 superioribus animi viribus perpetuo repu-  
 gnat. Quod peccatum (hoc est, privatio-  
 nem illius justitiae, qua parte rationem  
 subditam reddebat Deo) una cum concipi-  
 scientia in omnem posteritatem suam propa-  
 gavit, ut cum eo omnes, quotquot in hanc  
 lucem eduntur, homines nascantur, nec eo  
 vacuus sit ullus, nec unius quidem diei in-  
 fans, secundum Scripturas. Et quamquam  
*Hist. Eccles. Tom. XXXIX. Mm reti-*